Sujets d'examen.

Numéro d'inventaire : 1999.03992 (1-11)
Type de document : texte ou document administratif
Éditeur : Ministère de l'Instruction publique (Paris)
Période de création : 4e quart 19e siècle
Date de création : 1899 (vers)
Description : Feuilles imprimées de grand format.
Mesures : hauteur : 320 mm ; largeur : 210 mm
Notes : Auteur : Ministère de l'Instruction publique et des Beaux-Arts / Feuilles ayant la même en-tête : Ministère de l'Instruction Publique et des Beaux-Arts. La Lettre L. en majuscule figure en haut des feuilles. Sujets différents : version latine (2 sujets différents), histoire (2 sujets différents), composition de philosophie (2 sujets différents), composition latine (2 sujets différents), composition française, thème grec (2 sujets différents). Au dos d'une des feuilles est collé un timbre en partie déchiré mentionnant : "Juin 99".
Mots-clés : Examens et concours : publicité et sujets
Filière : Université
Niveau : Supérieur
Autres descriptions : Langue : Français
Nombre de pages : 11

MINISTÈRE
DE
L'INSTRUCTION
PUBLIQUE
ET
DES BEAUX-ARTS

L.

VERSION LATINE.

CICERO VARRONI.

Etsi munus flagitare, quamvis quis ostenderit, ne populus quidem solet nisi concitatus, tamen ego exspectatione promissi tui moveor, ut admoneam te, non ut flagitem. Misi autem ad te quattuor admonitores non nimis verecundos; nosti enim profecto os hujus adulescentioris Academiæ. Ex ea igitur media excitatos misi, qui metuo ne te forte flagitent; ego autem mandavi, ut rogarent. Exspectabam omnino jam diu meque sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, quam aliquid accepissem, ut possem te remunerari quam simillimo munere; sed cum tu tardius faceres, id est, ut ego interpretor, diligentius, teneri non potui, quin conjunctionem studiorum amorisque nostri, quo possem litterarum genere, declararem. Feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano, cum esset una Pomponius; tibi dedi partes Antiochinas, quas a te probari intellexisse mihi videbar; mihi sumpsi Philonis. Puto fore ut, cum legeris, mirere nos id locutos esse inter nos, quod nunquam locuti sumus; sed nosti morem dialogorum. Posthac autem, mi Varro, quam plurima, si videtur, et de nobis inter nos, sero fortasse; sed superiorum temporum Fortuna rei publicæ causam sustineat; hæc ipsi præstare debemus. Atque utinam quietis temporibus atque aliquo si non bono, at saltem certo statu civitatis hæc inter nos studia exercere possemus! quanquam tum quidem vel aliæ quæpiam rationes honestas nobis et curas et actiones darent; nunc autem quid est, sine his cur vivere velimus? Mihi vero cum his ipsis vix, his autem detractis ne vix quidem. Sed hæc coram et sæpius. . . Cura ut valeas.

MINISTÈRE
DE
L'INSTRUCTION
PUBLIQUE
ET
DES BEAUX-ARTS.

L.

VERSION LATINE.

Qui potest provideri quicquam futurum esse quod neque causam habet ullam neque notam cur futurum sit? Solis defectiones itemque lunæ prædicuntur in multos annos ab iis, qui siderum motus numeris persequuntur. Ea prædicunt enim, quæ naturæ necessitas perfectura est. Vident ex constantissimo motu lunæ, quando illa e regione solis facta incurrat in umbram terræ, quæ est meta noctis (1), ut eam obscurari necesse sit (2), quandoque eadem luna subjecta atque opposita soli (3) nostris oculis ejus lumen obscuret, quo in signo quæque errantium (4) stellarum quoque tempore futura sit, qui exortus quoque die signi alicujus aut qui occasus futurus sit (5). Hæc qui ante dicunt quam rationem sequantur vides. Qui thesaurum inventum iri aut hereditatem venturam dicunt, quid sequuntur? aut in qua rerum natura inest id futurum (6)? Quod si hæc eaque, quæ sunt ejusdem generis, habent aliquam talem necessitatem, quid est tandem quod casu fieri aut forte fortuna putemus? Nihil enim est tam contrarium rationi et constantiæ quam fortuna, ut mihi ne in deum quidem cadere videatur ut sciat quid casu et fortuito futurum sit. Si enim scit, certe illud eveniet: sin certe eveniet, nulla fortuna est: est autem fortuna: rerum igitur fortuitarum nulla præsensio est.

Qui : comment ... peut-il être prévu ... un phén. quelconque devoir se produire... — causa : raison d'être. — éclipses / annoncées / — le calcul // + — accomplir entièrement, jusqu'au bout — nécessité des lois naturelles — absolument immuable — se plaçant directement à l'opposite du soleil — et à quel moment — placée sous (auprès) voisine. proche. — chacune / doit cacher — in quo signo et in quo tempore... — & quo die... — Opposition : naissance qui... — quam : interrogatif. — phénomènes / que nous prédisons ... — que reste-t-il au compte — ordre (système ordonné) — se produisent... — par un hasard malheureux ou favorable... / : constant. — il n'appartient pas même... — l'évènt se produira à coup sûr — il n'y a plus de hasard — or il y a le hasard — et par suite les évènements qu'il suscite ne peuvent en aucune manière être prévus. il ne peut donc y avoir aucune prévision des évènements qu'il suscite.

nota : indice indiquant que ... ? // donc : indice indiquant pourquoi il doit se produire...
cur = pour laquelle //
in multos annos : in : acc = pour une date très lointaine (très reculée)
+ appliquer le calcul à la détermination des mouvements des astres. (des mouvts sidéraux)
incurrit in umbram : tombe dans l'ombre de la terre — avec le subj : doit tomber/
(1) meta noctis : qui forme un cône ténébreux ... (de ténèbres)...
(2) ut eam obscurari necesse sit ... de telle sorte / que nécessairement qu'inévitablement / la lune doit / être plongée dans l'obscurité disparaître à nos yeux dans l'obscurité...
(3) se rapprochant du soleil & se plaçant en face de lui
(4) errantium dans sa course / dans quel signe chaque étoile, en sa course, doit arriver, et à quel moment /
(5) quels doivent être l'apparition ou le déclin d'un signe ..., & de quel jour il doit se produire.
quelle méthode suivent ... (d'après (suivent) ... se dirigent ... | ceux qui prédisent ... phén.
quid sequuntur : d'après quel principe se dirigent-ils (sur quoi ...)
(6) dans quelle loi naturelle se trouve / implique contient / l'apparition ... de ces évènements ?

MINISTÈRE
DE
L'INSTRUCTION
PUBLIQUE
ET
DES BEAUX-ARTS.

L.

COMPOSITION LATINE.

C. Memmio, cum Athenis exsul esset, decreto Areopagitarum concessum est ut locum, in quo hortus Epicuri fuerat, sibi haberet et in eo ædificaret (a. 703 U. C.). Tum Patro Epicureus ne quid tale fieret, et per se et per amicos magnopere laboravit. Atque is quidem primum cum M. Tullio egit, ut vellet rei interesse; deinde, eo rogante, Atticus quoque ad eumdem litteras misit oravitque ut Memmium commendatione sua ab ædificationis consilio revocaret.

Fingetur hæc Attici ad M. Tullium epistula: ignoscendum esse Patroni, etiamsi sit in rogando molestior, quod putet sedem, domicilium, vestigia summorum hominum sibi tuenda esse; jam vero non licere homini Romano, nedum Tullio aut Memmio, arbitrari Epicuri memoriam nihil ad se pertinere, cum nuper a Lucretio illius doctrina versibus latinis tam præclare illustrata sit.